



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Quæ in re transigendum tempus, quod intercedit inter horas
Meditationum. Cap. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

XV. Frequenter è domo exire sine necessitate, tantum ad vitandum tedium, & laborem occupationum bonarum.

XVI. In recreationibus nil spirituale profet, re, sed locis, & clamoribus, & cachinnis, etiam per Echonicos Philosophos damnatis, eas inquireat.

XVII. Recreationes querere nimias, idque non ob veram necessitatem, sed ob sensualitatem, & inclinationem ad otium & ad fugam laborum.

XVIII. Somno plus quam sit opus indulgers.

XIX. Tempus male expendere.

XX. Carpere vel irritare alios.

XXI. Alienę dicta vel facta, vel intentiones censurare, & sinistrè interpretari, mente & voce illis detrahere.

XXII. Contendere cum aliis.

XXIII. Exprobare alteri aliquid contra se dictum alibi, vel fictum.

CAPUT DECIMVM QVARTVM.

Qua in re transgendum tempus illud quod intercedit inter horas Meditationis, tēpore Octiduana Recollectionis.

Queres, quomodo tempus transigendum est (tempore Exercitorum) quod intercedit inter horas 4. Meditationum diutinarum?

164. *Respondeo.* Ultimo quadrante horæ ante inchoandam Meditationem, præparanda sunt Puncta meditationis. Absoluta Meditatione, iuxta quintam Additionem, dispiciendum quomodo succederent Meditationes &c. quod brevior tempore quam 4. horæ parte fieri potest & solet ab iis, qui non sunt tirones. Hac re peracta, annotandas sunt scriptio (iuxta S. Xaverij consilium) practicæ quædam veritates in Meditatione perceperæ, per quas te sensisti impelli ad fugam aliquius defectus, vel ad melius operandum. Ut autem notes nuda proposta v. g. hoc modo: Seruabo silentium: Non otabor labor inutilis est: quis enim dubitat, etiam imperfictissimos quoque habere voluntatem hæc vitandi. Et talium rerum postea lectio non excitat hominem ad fugam vitiorum, & exercitum virtutum, ut facit Lectio lumen seu veritatum diuinitatis in Meditatione immixtum, per quæ te sensisti accendi. Tales veritates & lumina leguntur annotata à P. Fabro in eius libro M.S. & in vita eius; & à P. Balthazar Aluarez in cuius vita edita à P. Ludouico de Ponte pag. 18. 23. 28. 31. 34. 62. 71. fin. 72. fin. 83. 168. 280. 288. 295. 456. 460. 461. Postò pro nostræ Societatis personis addo, ut hac scriptio finita, ante omnia accuratissime legatur liber Exercitorum S.P.N. Ignatij lens, cum quadam singulorum verborum pon-

deratione, & reflexione. In singulis enim verbis est (vt ita dicam) mysterium: singula Exercitorum verba sunt tanquam piper, ad speciem communia &c. obtia, sed si frangas & veluti masticas pià ponderatione, uppeditant magnâ acrimoniam, & igneum quandam ingerunt vi-gorem, ad res in Diuino obsequio praclarè gerendas, & generosè, & sunt omnia plena magnis thesauris spiritualium doctrinam. Lectio autem libri Exercitorum sic inchoanda est & continuanda. Pridie Exercitorum legantur accuratè 20. Annotationes ipso initio politæ; Item Additiones decem, quæ sunt immediate politæ ante secundam hebdomadam; Item primum Exercitum de peccatis, in quo S. Pater tradit modum occupandi tres potentias in meditando. Hæc tria pridie Exercitorum accurate legantur, & Vespere puncta Fundamenta seu Principiū de fine ob quem creati sumus, in ejus finis consideratione sex horas Meditationum soleo suaderet; quia à penetratione Finis nostri, & finis proprij Societatis (pro quo duæ ultimæ horæ primæ, secundæ dici Collectionis sufficiet) maximè pender fructus Exercitorum, vi & à Meditationibus de Regno Christi, de duabus Vexillis, & de tribus hominum classibus.

Primo die Exercitorum, & diebus sequentibus manè, lege Regulas ad motus animæ discernendos, & posteā alias ad pleniorē spirituum discretionem. Sed ita eas lege, ut quodammodo memoria retineas singularum summam. Nam innumeræ occasions accidunt, in quibus scrupulis perturbantur nostri multi, præfertim iuvenes, quia non habent menti & memorie impressas doctrinas in Regulis illis traditas.

Post benè ponderatas has Regulas, lege alias de Scrupulis, tum illas de vietū rectè temperando, tum totum discursum S. Patris de Electione & reformatione statuum in secunda hebdomada. His perfectis, relege ea quæ tradit de Examiniis, Confessione &c. in prima hebdomadā: Et sic deinceps. Ex hac lectio duplex erit utilitas: Primo, tua propria, quia inde dices, quomodo dæmonis tentationibus resistere debetas, & alios iuare. Secundo, acquires notitiam Exercitorum necessariam ad ea suo tempore aliis tradenda. Siquidem hac in re nos voluit S.P. Noster esse peritissimos 4. pat. Confit. c. 8. §. 5. His perfectis, lege cum aliquâ reflexione Regulas tuas proprias, scilicet Scholarum, si studes, vel Professoris, si doceas &c. & proponere vitare vitanda, & facere facienda, non omittere omissa antea.

Quod si senties tedium aliquod in continuatione huius lectioñis, interseire lectioñem Thomæ de Kempis de imitatione Christi, & in eâ illa capita felice, quæ scrupulam ad excitandum contemptum tui, & mundi, & iudiciorum humatorum, & amorem crucis.

Legi etiam potest aliqua nostrorum Sanctorum

runt vita; sed non historia res eius gestas continens, sed illa tantum pars, quae de solis virtutibus tractat, vti est liber sextus vita S. Xauerij, & quintus S. Ignatij apud Ribadeneyram, tertius apud Masserium. Alios libros post Exercitia legere poteris, sed tempore Exercitorum hos tantum qui te instruant pro cursu vita spiritualis, iuxta doctrinas S. Patris peragendo, & qui voluntatem tuam accendant ad sancte viendum in Societate. Proderit etiam (ne caput fatiges diuturniore lectione) sedendo, vel deambulando potius, tecum veluti colloqui familiariter hoc vel simili modo, cum summa simplicitate & candore: *Eia anima mea: Ego nunc facio Exercitia, que S.P. Noster instituit, ut per ea ad sanctitudinem extierimus, & post ea, ut sancte viuamus, & non erubescamus Euangelicam perfectionem: Quid ergo debes facere? quid debes emendare? quid perficere? b. Domine Iesu adiuva me, vellem esse bonus, & totus tuus; b. Beatisima Virgo ora pro me; b. Sancte angeli custos succurre mihi. Qualis debet deinceps esse mea ad meditationem preparatio? qualis meditatio? qualis recreatio? cum quibus conuersatio: Hec non simul omnia extra Meditationis tempus examina & scrutafer, sed uno die vnam occupationem tuam, altero die alteram. Ita sine rædio cum fructu totum tempus transiges.*

Exercitorum fine instanti, annota precipuos fructus in scripto, confer de eis cum Superiore, & emenda si quae in te emendanda sunt &c. Nam cum Patre Spirituali dante Exercitia, tempore Exercitorum ages, dum te visibit in ore folito.

CAPVT DECIMVM QVINTVM

De veritatibus quibusdam suauiter cogitandis extra tempus Meditationum in octidiana Recollectione, & aliis temporibus.

Præterea quando lectio & meditatione vel scriptio senseris fatigatum caput, sedendo vel ambulando, suauiter representanti tua infra scriptis veritates, non discutendo circa illas (nisi Dominus suauit suo impulso ad hoc te excitauerit) sed per modum simplicis apprehensionis & reminiscientie, illas veluti aspiciendo, ac si illas legeres in aliquo palatio scriptas sub aliquo emblemate,

166. *Primum. Pluris faciendus est Deus, quam homo. Cur ergo ob respectum huius, illum offendis? Cur non magis Dei gratiam & promotionem prenas & amicitiam, quam talis & talis, qui tibi suppeditat pro purgatoriis penitentia quotidiana materiam?*

167. *Secundum. Proditur in conspectum hominum, non maculas faciem data operas, sed si causa aliquo sit maculata, statim abluis: cur ergo animam deliberate peccando maculas, & sic oculis Dei & Sanctorum te aspiciendum offert,*

& diu ita fædatus in oculis Dei permaneas?

Tertia. Quod quis peccatum veniale est fædus 168. quam fôrdes quaevis & spûcitatæ humanæ, nullâ exceptâ. Cui ergo tam sepe animam reddis in oculis Dei fôrdidam & færentem? Valde enim fætentem teedit animam quod quis veniale peccatum, vt ait S. Macarius Ægyptius, & Deus hom. i. ipse hoc ipsum ostendit P. Ludouico de Ponte visione quadam admirabili, quæ legitur in eius vita, adeò ut visus sit Deus manus tegere nares suas, ne perciperet fætorem ex peccatis venialibus prodeuntem.

Quocirca S. Philippus Nerius propriis natibus perecipiebat tettum fætorem etiam ex peccatis venialibus quibusdam sutorum filiorum spirituallium. Nec mirum. Peccata enim venialia cap. 3. vocantur horrenda scabies, & pustule & sanies, Cas. h. 8. & fôrdes à Sancis, quæ satè sunt res fætidæ, nec Chr. h. possunt benè olere, nisi fortè potis.

Bal. in c. 4. Sanè S. Chrysost. lingua detractionam, tr. Iai. Gr. num, ait, profundere, & os cloacam, latrinam os redere, immò qualibet latrina abominabiliorum. Et alio in Euang. in loco: Detractionem, stercus, appellat. Et S. Asterius, peccati canum. Hinc Archangelus, qui S. Francisca Romanæ à Deo fuit datus, ut ei perpetuò omni tempore assisteret, diu noctuque, Cor. mot. cum aliquis coram illa aliquem defectum, et hom. 3. ad iam veniale, committebat, veluti erubescens, pop. manibus faciem regebat: vt scribitur in vita S. Francisci, secunda, nuper Romæ impressa. Quādo verò ipsa, ob multa negotia & difficultates l. i. c. 14. que occurrabant domi, vel ob rædiū, quod vit. conceperat propter visitationes aliorum, committebat aliquam parvam imperfectionem vel defectum, subito Archangelus abscondebat se, nec se ei ostendebat, donec ipsa cum profunda humilitate peteret veniam à Domino, & ficeret propulsitum cauendi similem defectum. Et ita Archangelus se abscondebat, donec ipsi perfecta resignatione, in Diuum beneplacitum, se disponebat ad ferendam æquo animo curam domus suæ & vitandum rædiū in cura illius perpetuò: etiamsi Deus illam vellet ita fatigari in curis domesticis usque ad diem iudicij. Sie Deus voluit eam esse sine fastidio, quod habebat in curis domus, & in multis conuersationibus, vt se spoliat nimia anxietate, à qua ad solitudinem & secessum trahebatur. P. Ludouico de Ponte cum in visione Deus ostendisset fæditatem peccatorum venialium, etiam videntem ei le præbuit, obturantem nares suas, ne fætorem ex eis prodeuntem odoratu perciperet, vt scribitur in eius vita MS.

Quarto. Si Superior adesse in aliquo loco, et si eum non videres, sed adesse tantum certò crederes, non auderes quicquam facete quod ei displiceret: Cui ergo id audeas, certò fide Diuina credens, Deum tibi adesse, te intueri, & nolle ut illa facias quæ ipse vetuit?

Quinto. Si certò crederes te post unum peccatum 171. deli-

R. t

169.